

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

## §. II.

**E**X HIS deducere licet illorum deceptionem, qui cum sint Tytones, & imperfecti in virtute, spiritu quodam vanitatis nimiam aliorum curam suscipiunt, non tamen ad eam a Deo votati: iacturam facientes virtutis, quam iphi habebant; nec tamen alijs, quam volunt, communicaentes.

**P**RIMVM enim nullus, habet ad vexillum aliquod accedere, inuitus eius Duce; nec se offerre, ut sit miles, & statim certamen inchoet, non habens arma & industriam ad id sufficientem: nam alijs manifesto se exposuit periculo succumbendi, & alijs similiter fit causa ruine. Propterea enim iubebat Deus, ne admitteretur ad militiam, qui esset a formidolosus, & corde paudus, aut qui despont: sibi uxorem: quia tales non essent apti ad pugnam aggrediendam, quae requirit robustum cor, & ab alijs affectibus expeditum. Et eandem ob causam dixit Saluator noster: vt qui velit turrim edificare, aut bellum committere cum potentialio Rege: prius sedens cogitet, an habeat ad perficiendum: quod si defectum aliquem animaduertat; melius esse retrocedere, & rem non aggredi quam non posse perficere; nec pugnam inchoare, in qua nouit se victoriam amissurum.

**D**E INDE quae utilitas est, ad pugnam prodire cum tuba in altera manu, & lagena fictili in altera, si adeo es intricatus ac debilis, ut nec noveris, nec possis tubam inflare, nec animum habeas, ut lagenam cōfingis; aut lampadis lumen ita exiguum habeas, aut semiextinctum, ut statim atque illud exposueris, omnino extinguitur; nec splendorem praebeat, quem par est: non dantur haec armata, nisi trecentis illis viris valde strenuis: quorum numeros (ut ait S. Greg.) initium sumit a Tau, hoc est a littera T. quae figura est Crucis Christi: quia decet magna cum voluptate prius fauisse amplios. Nec tantum tibi tribuere debes, ut velis in numero horum paucorum numerati, nisi prius diligenter exercueris opera omnibus communia.

**Q**UOD si necdum acquisisti alas, & oculos Euangeliz intium proprios: quomodo audebis officium aggredi Euangeliste: euenerit tibi (inquit idem Sanctus) quod pullis avicularum exeuntibus ex nidis suis antequam alas creuerint. Qui cum volare non possint, ut conantur; nec ad nidum redire, ex quo cederant: tandem sine remedio pereunt. Ita hi existimantes, se habere alas, quas non habent, & prodeuentes ad volandum ante tempus: alijs non proficiunt, & sibi ipsi nocent; facientes iacturam virtutis, quam ante habebant: sed quod voluerint eam ante tempus manifestare operibus, quae illorum facultatem excedunt.

**T**ALES sunt similes arboribus proferentibus flores suos ante tempus: que quounque æstu, pruina, aut nebula accedunt, amittunt flores, & spem fructus, quem suo tempore fuissent allaturæ. Quibus commodè

Tom. 4.

Qq

aptatur

2 Deut. 28.3  
c. 24 s.

Supra.

Parte PA  
B r. c. s. 3  
admon. 1  
c. 6. S lib. 8  
Moral. 6  
19.

4

aptatur quod dixit quidam amicus Iob, de quodam genere Cartuum  
b humectus videtur antequam veniat Sol, & in ortu suo germe eius egredian,  
sed statim marcescit; nam vix nati in Religione, & in schola virtutis, volunt  
statim inaniter se ostentare, & quasi alijs lese comunicare; quorum, exorta  
aliqua contradictione aut tentatione omnes flores evanescunt, & profecti  
quem præferebant frigescit, & congelatur: *citius namq[ue] bona deperirent, que  
hominibus ante tempus innotebantur.* Sicut etiam teneræ plantæ, si antequam  
profundas iacent radices, multum manibus contrectantur, circuus uti-  
cunt; & murus recens structus, si graui pondere prematur, facile difficitur,  
ac ruit. Ita, qui ante tempus, & prius quam in virtute sint solli-  
prodeunt ad agendum cum proximis, & animatum curis lese onerant  
facile arescant, & pondere pressi ruunt in terram. VERO iusto tanquam  
proprium tribuit, David quodd sit d tanquam lignum, quod plantatum  
secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: vt qui plan-  
tari sunt in Ecclesia & Religione, intelligent, se irrigatione viuentis  
aqua rum gratia, sapientia ac scientia debere proferre fructum status  
officij sui proprium in tempore suo. Nam neque Tyro velle debet eum  
fructum proferre, qui propriè pertinet ad perfectum; neque Secularis  
pertinentem ad Ecclesiasticum. Et quamvis fructus ille spectet vetere  
tuam vocationem; non tamen debet illum velle intempestivè & impo-  
tunè proferre: quia non erit utilis. Ac propterea Deus iubebat filiis Israel:  
vt ex d lignis qua in terra promissionis plantarent, non ederent fructum tri-  
primis annis; sed auferrenter preputia eorum & haberentur immunda; eo quod  
centerentur intempestiva, & ipsiusmet lignis noxia, donec profundas in  
terra iacerent radices. Quo præcepto significare volebat iustos in terra  
promissionis; hoc est in Ecclesia & Religione plantatos, non debere de  
alijs rebus initio agere, aut cogitare: nisi vt se iplos benè mortificant, &  
profundas iacent radices humilitatis: immundos reputantes fructus ex-  
citorum ante tempus prodeuntium, & propriam internam virtutem es-  
sugentia ob in tempes tiam sui ad exteriora effusionem. Ex quo fit, vitio-  
nariè Dominus noster non vocet ad hæc ministeria iuuenies, in qua-  
bus virtus esse solet valde infantilis, & sine prudentia, & experientia; sed  
maturæ ætatis homines, varia exercitia expertos, quibus prudentes &  
experti sunt reddit: & quamvis interdum eos vocet à tenera ætate, vi-  
vocavit Samuelem, & Ieremiam, quorum ætatis defectum ipse supplevit  
abundantiâ luminis & gratia. Ordinalium tamen est, non eos tunc vocare,  
aut si eligatac designet ad hoc munus, executionem differe in tempus magis  
aptum. Quemadmodum vocavit sanctum Ioannem Baptistam ex veteri  
mattis sua; vt ipsius esset Praecursor ac Prædicator. Cui Ecclesia applicat  
Iaiae Prophetiam dicentis: *e posuit me sicut sagittam electam, cuius lingui*

d Job 8. 16.

S. Gregorius  
c. 9. supra

d Psal. 13.

d Lou. 19. 30

S. Gregorius  
ibid.  
S. Bonaventura  
de inform. Neutiorum  
c. 6.

6

d Iaiae 49. 2.

& prædicatione vulneraret ac penetraret corda peccatorum. Addit tamen  
in pharetra sua abscondit me ; in qua mansit per triginta annos, degens f in  
deserto, exercens se pœnitentia & contemplationis exercitiis, & confortaba-  
tur spiritu usque in diem ostensionis sue ad Israel, quo illum vocavit, & pro-  
digie iussit ad exercendum suum officium. Et idem præstare voluit Iesus  
Christus Dominus noster, de quo eadem loquitur Prophetia. Quamuis  
eum plenus esset Sapientia & gratia immensa: noluit tamen ad prædicandam  
prodire usque ad g. trigesimum ætatis sua annum. Et quamvis, h. cùm  
effannorum duodecim fuerit in medio Doctorum; non tamen eos docebat, sed  
audiebat & interrogabat; vt suis discipulis exemplum præberet eius, quod fa-  
cere deberent in sua iuuentute : attendentes potius, vt discant, quam ut  
prædicens, donec perueniant ad ætatem maiorem. Ac propterea ait S. Gre-  
gorius Ezechielem Prophetam dixisse: Prophetæ Spiritum sibi communi-  
catum, i. cùm effet triginta annorum, cùm Icilicetiam esset vir perfectus,  
& vires ac talenta haberet ad excelsa ministeria, quæ Deus ipsi committe-  
bat. Neque est extra propositum significatio nominum, quibus initio uti-  
tur, dicens: factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi Sacer-  
dotem Ezechiel enim significat forisitudinem Dei; Buzi autem contemptum  
vel diffidit; ministri enim Euangeli debent esse fortes fortitudine Dei:  
que oritur ex contemptu suisporum, quo in oculis suis viles se iudicant,  
& abiectos: ac propterea nihil faciunt, quod ab hominibus contemnatur.  
Cum itaque dicitur Deus elegisse in prophetam suum Ezechielem filium  
Buzi, significat, se eligere & vocare eos, qui prædicti sunt fortitudine,  
orta ex humilitate, eiique intenti, iactis profundis  
radicibus spatio triginta annorum, quæ ætas ad  
huiusmodi ministeria est ap-  
tissima.

f Luc. 2. 30.

g Luc. 3. a. 3.  
h c. 2. 46.Homil. 2. in  
Ezech.  
a. 6. 1. 3.

(•)

Q q 2

CAPVT